

Lectura diplomática del testament de Ramon de Marimon

(1214, maig, 13)

A. PROTOCOL INICIAL

A.1 Preàmbul: *Sapiens suis disposuit rebus ne post mortem ipsius disensio possit exoriri*

A.2 Intitulació: *Id circo, ego Raimundus de Marimundo,*

B. TEXT

B.1 Expositiu: *exigència de trobar-se en plenitud de facultats: in mea plena memoria*

B.2 Fet jurídic: *facio meum testamentum*

B.3 Disposicions:

- **elecció dels marmessors:** *et eligo manumissores meos quos precor esse sine illorum dampno Raimundam, matrem et dominam meam, et Arnaldum de Sanauga et Guillelmum Balb et Bernardum Vacca et Stephanum de Za Redorta atque Ferrarium Garrabeu*

- **poder als marmessors per distribuir els béns i clàusula de revocabilitat del testament:** *quibus dono potestatem dividendi et ordinandi omnium rerum mearum, mobilium et immobilium, sicut ore et corde dispono et scribi iubeo, tamen si antequam aliut testamentum faciam decessero.*

- **satisfacció de deutes i injúries:** *In primis, mando quod omne lucrum quod accepi reddatur.*

- **retorn dels dots i sponsalícis a la mare i a l'esposa:**

1. *Volo et mando quod domina mea et mater Raimunda habeat suum avere et suum exovar et sponsalícium et totum ius sicut pater meus Stephanus de Marimundo melius ei dedit et in suo testamento et in cartis suis continetur.*

2. *Et volo et mando quod Guillelma coniux mea habeat suum dotem et sponsalícium et totum ius suum sicut in cartis suis continetur, et habeat medietatem arezamentorum domus mee. Et confiteor quod habeo modo MDCCC mazmutinas.*

- **elecció de sepultura acompanyada de la donació a l'església escollida:** *Et iubeo me tumulari, iuxta patrem meum, et dono ibi L mazmutinas.*

- **llegats a institucions religioses, benèfiques i altres:** *Domo monasterio Sancti Ilarii C solidos; monasterio Bono Repos C solidos; monachis Populeti, pro una pietancia, C solidos; monasterio de Pedregal L solidos; Milicie Templi armas meas; monasterio Vallis Bone X mazmutinas; monasterio Franchitarum V mazmutinas; monasterio de Trogone V mazmutinas; monasterio Sanctarum Crucum X mazmutinas; monasterio de Belpuig V mazmutinas [Paixerie X mazmutinas]; pauperibus hospitalis Ylerde X mazmutinas.*

- **disposicions a favor d'amics i parents:** *Ferrerone, nutrite mee C solidos; Berengerone, filie Petri Mercalade C solidos; Iohanni de Àger, scribe, amore patris mei L mazmutinas; Raimunde, filie Suriane, C mazmutinas; Guillelmo Balbo LXX mazmutinas quas mihi debet et aliud quod mihi debet. Relinquo Marione, sorori mee, C mazmutinas; Domingelo X mazmutinas; Marie, sorori eius, X mazmutinas; Guillelme, filie Raimundi de Zes Borges, XX mazmutinas.*

- **hereu universal:** *infanti de quo uxor mea pregnans est –si filia erit, habeat MM mazmutinas cum marito et medietatem arezamentorum domus mee- si filius fuerit omnia mea mobilia et immobilia ei relinquo.*

- **clàusules de substitució en l'herència:** *Tali lege, quod si filius vel filia sine legitima prole vel antequam ad perfectam etatem perveniat decesserit, omnia predicta que eis donavi Raimunde, matri et domine mee, revertatur, tali lege, quod illa omnibus diebus vite sue totum habeat, teneat, possideat et expletet sue voluntati. Post mortem vero ipsius revertantur Petro et Iohanni, fratribus meis ambobus vel uni et suis. Si autem defuerint, rervertantur sororibus meis et suis.*

- **poders a la mare, altres llegats i tutoria del fill o filla que ha de nàixer:** *Sed constituo et mando quod Raimunda, mater mea et domina, habeat plenam licenciam ac potestatem dandi atque distribuendi eis secundum suam voluntantem. Et mando quod ille vel illa cui Raimunda, mater mea et domina, domos dederit, donet Suriane, sorori mee et suis C morabetinos, et Ramonete vel suis C morabetinos. Et ille vel illa cui reliquerit villam de Borgis donet Marimunde, sorori mee, annuatim in vita sua, vestes monacales yemales et estivales in anno. Et donet Mariete, sorori mee, si monacha erit, annuatim, monacales vestes yemales et estivales in anno. Volo et constituo quod Raimunda, mater mea, si tutrix et nutrix filii mei vel filie mee et rerum eorum.*

C. PROTOCOL FINAL O ESCATOCOL

C.1 Data: *Factum hoc testamentum III idus madii, anno Incarnacionis Domini MCCXIII*

C.2 Signatura del testador: *Sig. Raimundi de Marimundo, qui hoc firmo et concedo.*

C.3 Signatures dels marmessors: *Sig. Raimunde, matris eius, Sig. Arnaldi de Sanauga, Sig. Gullelmi Balb, Sig. Bernardi Vacce, Sig. Stephani de Za Redorta. Sig. Ferrarii Garrabeu, manumissorum meorum.*

C.4 Validació i signatura notarial (rogatari): *Iohannes de Àger scripsit et hoc (Signum) fecit.*